

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Feria tertia paschae

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

nesciat. sed ut pro proprio re-
cipiat ad regnum.

FER. III. PASCH.

LEŒ. SCI. EV. SIE. LUC.

IN illo temp. **S**tetit
IHC in medio discipulorum
suorum. et dicit eis. Pax vo-
bis. Ego sum nolite timere.
Conturbati uero & conterriti.
existimabant se spm uidere.
Et dixit eis. Quid turbati estis.
et cogitationes ascendunt in
in corda ura. Videte manus
meas & pedes meos. quia ego
ipse sum. et reliqua.

GOME. B. B. B. D. M.
P. B. R. I. D. I. I. A. D. E.
L. E. C. T. I. O. N. I.
L. O. R. I. A. M. S. U. E.
r. e. s. u. r. r. e. c. t. i. o. n. i. s.

Dñs et redemptor
nr. paulatim
discipulis.

et per incrementum tempo-
ris ostendit. Quia nimirum
tanta erat uirtus miraculi.
ut hanc repente totam ca-
pere fragilia mortalium
pectora non possent. Con-
sulens igitur ipse inbecilli-
tati quaerentium. primo
uenientibus ad monumen-
tum. et faeminis suo amore
feruentibus et uiris. reuo-
lutum lapidem. et ablato
suo corpore. Lintheamina qui-
bus inuolutum erat solapo-
sita monstrauit. Deinde
curiosius inquirentibus fae-
minis. et de eo quod inuene-
rant mente consternatis.
Angelorum uisionem osten-
dit. qui illum resurrexisse
certa manifestatione pate-
facerent. ac sic praecurrente
fama patratæ resurrectio-
nis. tandem ipse dñs uirtutum